

symbola mea aliud agi cæptum; possem tamen adhuc, si quod agitur, irritum sit. Provinciis medicovel est vel erit opus: medicum bonum ex industria in studio, ut fructum serotinum ex flore verno prænoscimus. Medico porro aliis est opus. Sed re-primo me eousque, dum noscam penitus hominem.

De negotio tuo utinam maturius; aut saltem nunc plenius scripsilles.  
&c.

D. Habrechtus, quantum ex tuis haurio, perhumaniter de me: cæterum haud equidem tali me dignor honore. Frustra judicis ex me sententiam publicam exiget. Nam cui bono? Anne finis litis, gravissimæ scilicet, sine me sperandus non est. Scilicet ipsa Geometria pro se loqui nequit, voce definitiva hominis opus habet. Scilicet authoritate res in  
Geo-